Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift

eu illis ieunare et lugere. Quando ipse hinc
cum sponsus non potest ieunare Venient autem
dies cum auferetur ab eis sponsus et tunc ieu-
nabunt in diebus illis Dicebat autem et similitudinem
ad illos Quia nemo commissuram a vestimento
nouo immittit in vestimentum veteri Nemo enim
assumentum panni rudis assuit vestimento veteri
alioquin auferet supplementum nouum a veteri
Tollit enim plenitudinem eius a vestimento nouum
rupit et peior et maior scissura fit Et vi-
no quoque commissura a nouo Neque mittunt vi-
num nouum in utres veteres Alioquin rumpunt
utres et vinum effundit et utres peribunt Sed
vinum nouum in utres nouos mittendum et utrum
debet mittendum est et utraque conseruantur Et nemo
bibens veterem statim uult nouum dicit enim vetus
melius est

Et ecce

Locutus ecce princeps unus de archisinagogis
nomine Iairus et ipse principis synagogae erat Et
cecidit ad pedes ihu rogans eum et iudex eum
accessit et procidit ad pedes eius et deprecabatur
eum multum et adorabat rogans ut intraret in do-
mum suam quoniam filia erat illi fere annorum xii
et hic moriebatur Adorabat eum dicens Domine
filia mea modo defuncta est in extremis Sed veni
impone manum tuam super eam ut salua sit et
uiuat Et surgens ihesus sequebatur eum et disci-